P. K.

E. 3.

A.

A. M.

ultimo

Tractatus [illegible]

LeoX. de Kalendario.

et

Ioánes Baptista contra Hebræos.

Breue sanctissimi domini nostri domini Leonis diuina prouidentia Pape Decimi: super correctione Kalendarii: pro recta Pasche celebratione Datū post decimam sessionem.

LEO PAPA X.

VNiuersis & singulis Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis Primatibus Archiepiscopis Episcopis & aliis ecclesiastica dignitate fulgentibus: ac charissimis in Christo filiis nostris Electo Imperatori ac Regibus christianis & dilectis filiis Principibus Ducibus ac rerū publicarū administratoribus per uniuersum orbē christianum constitutis: necnon ge-

neralium studiorum rectoribus ad quos hæ nostrę peruenerint litterę: Salutē & aplicā benedictionē. Inter multa & discussu difficilia: quę in hoc sacro Lateranensi Concilio cui auctore domino prę̄sidemus proposita sunt: cū de Paschalis quoq; solemnitatis obseruatiōe deq; Kalendario æquinoctio uernali & Lunæ cyclo qui aureus numerus nuncupat̃: a quibus solemnitas ipsa depēdet sæpius habita uerba fuissent: & peritis Theologicæ & Astronomicæ disciplinæ q̄ diuturnitate tēporis a suo loco sensim discessERANT in eundē restituenda uiderent̃: rem ut dignam maxima consideratione ad sacras deputationes præfati Concilii deduci curauimus: ubi cū aliquādiu disputata atq; discussa fuissent æquū ac debitum existimantes ut quod ad omnes ptinet anteq̄ de illo quicq̄ decernat̃ ad omniū notitiam perueniret: & ab omnibus quod statuendū esset ppenderet̃ superioribus mensibus post habitā Nonam præfati concilii sessionem ad uos omnes l'ras de re hmōi dedimus: hortatiq; in domino instanter fuimus ut peritissimū quęq; prædictaꝝ disciplinaꝝ qui in ditionibus & collegiis uestris sunt curaretis sup hoc accuratius cogitare: & iis quæ sup hmōi quæstione a bo. me. Aliacen̄ & Cusano sanctæ Ro. ecclesiæ Cardinalibus & aliis ante & post eos scripta inueniunt̃ inspectis totaq; deniq; re examinata atq; perpensa qui eoꝝ ad pfatum Conciliū uenire possent nō differrēt præparati atq; instructi accedere: Qui uero iustis &

legitimis causis impediref in scriptis quæ sup hmói materia sentirent redacta quanto citius fieri posset ad nos & præfatū Conciliū transmitterent: ut ratio nibus omniū pspectis & cognitis quod magis expe/ dire uideref auctore domino in prædicto Concilio decerneref: seruandūq; omnibus nr̃a & dicti Conci lii auctoritate traderef: Quoꝝ expectatio inter alia nō parū fuit in causa ut anteriorē decimā destinatā in Kal. Decembris pteriti Sessionem tādiu ad men sem usq; Maii proxime decursum differremus. Et quoniā nōnulli uel uenerunt uel in scriptis quæ sen tirent miserūt: maior tñ pars adhuc in expectatiõe nos & præfatū Conciliū tenet qui semel a nobis con sulti merito ad aliam Sessionem Vndecimā sequenti mense Decembris dante domino celebrandā expe/ ctari uidenf. Iterum itaq; hortamur uos omnes in dño & in uirtutæ sanctæ obedientiæ instanter requi rimus: ut a tam pio & necessario opere nō abstinea/ tis: nec illud amplius differatis: sed nos qui diuina clementia eius uices in terris gerimus sedulitatis ue stræ testes fore procuretis. Et qa in descriptiõe Cy/ cli Lunaris possent esse diuersæ sententiæ hortamur omnes ut noui Cycli lunaris a prima die Ianuarii in cohandi descriptionem nobis pro suo quisq; captu insinuēt siue Anno integro permanente siue prout nōnullis uisum est semel aliquot diebus ab uno uel pl ribus Annis subtractis: ut æquinoctio & Cyclo rite ac recte moderatis in Paschali obseruatione se/

cundũ regulas Patrum & ſanctam eccleſiæ intentio nem nullus ſuccedere poſſit defectus. Datum Romæ apud ſanctũ Petrum ſub Anulo piſcatoris. Die prima Iunii. M. D. XV. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Ia. Sadoletus.